



*Red*

E libris  
gymnasio Mauritiano Magdeburgensi

a venerabili

**Carolo Funk**

theol. doctore et gymnasii direttore

a. 1857 hereditate relictis.

*G. f. 171.*

EPITHALAMIVM

VIRI

NOBILISSIMI ATQVE DOCTISSIMI

DOMINI

M. IOANNIS ADAMI SCHIERII

DVCALIS APVD SCHENINGENSES ANNA-SOPHIANEI CONCTORIS

BENE MERENTIS

COENOBIIQVE LAURENTIANI CONVENTVALIS

VIRGINISQVE

NOBILISSIMAE ATQVE ORNATISSIMAE

ANTOINETTAE CHARLOTTAE

BOSSIAE

CONNVBIO

GVELPHERBYTI, D. XXIV. MAI. 1727.

IN ARCE DVCALI

AVSPICATO OMINE CELEBRATO

SACRVM

TRANSMITTVNT

RECTOR ET COLLEGAE ANNA-SOPHIANEI

IAM LAVDATE

HELMSTADII

TYPIS DRIMBORNIANIS.

AK





iderat ingenio SCHIRIVM, doctaque, Minerva,  
Arte coruscantem, complacuitque sibi.  
Euge, ait, hunc *Iuvenem* jungam propriumque  
dicabo  
Vtque mihi; poterit nil violare fidem.  
Haut mora: conspicio doctam diademate frontem  
Cingit, & exornat fronde nitente *Viri*.  
Laureolis tunc *Ille* grauis, quas conscia virtus,  
Quas probitas pariunt herculeusque labor;  
Inde magis studiis operatur, Palladi saepe  
Tam facili noctes consecrat atque dies.  
Corpus ut umbra praest, nullis cogentibus, ipsa;  
Ipsa sed & sequitur corpora saepe sita:  
Sic quoque praecuiunt laudes, laudataque virtus  
Vltro, quae meruit, praemia consequitur.

Pro virtute decus, nomen pro mole laborum,  
Pro studiis SCHIRIO gloria parva datur.  
Inclita Guelforum sedes desiderat *Ipsam*,  
Vt teneras mentes formet & instituat.  
Sementem facit hic multo sudore, perennes  
Quae patriae fructus laetitiamque feret.  
Ast ubi Pallas *Enam* pantis exceperat ulnis,  
Et majora datis, & meliora parat.  
AVGVSTI CAROLI, FAMA SVPER AETHERA NOTI  
PRINCIPIS, huc summis devenit auspiciis.  
Pieridum decus ut regat illud amabile turbae,  
Ad *Scheningensem* iustus abire *scholam*.  
Heic SCHIRIVM exercet series immensa laborum;  
Heic doctae pubis publica cura coquit.  
Quidquid habent Graji, quidquid scripsere Latini,  
Heic acie penetrat feruidus ingenii.  
Interea haec Cytherea videns miseransque *Magistrum*,  
Aduolat & SCHIRIVM talibus alloquitur:  
Curarum satis est; *Tu* tandem desine plura:  
Palladi fecisti satque superque *Tuae*.  
Quid tantum immenso iuuat indulgere labori:  
Quid refert noctes, quid vigilare dies?  
Nescis *Tu*, nescis, quanti fiet uxor amanda,  
Quantaque sint casti gaudia connubii.  
Ipse Deus, ne sperne, maritam adduxit *Adamo*:  
Ipse Deus thalami suavor & auctor erat.  
En! *Tibi* jam vitae sociam sociamque laborum  
Adducam sponfam, si mea iusta placent.  
Quae multos *Tecum* feliciter exigit annos,  
Turbida seu veniat, siue serena dies.  
Quae *Tibi*, quas vires schola subtrahit, illico reddat;  
Seu *Te* mensa vocet, seu vocet ipse torus.  
Quae, mihi crede, Deae, pietate Rebecca, pudore  
Susanna est, Rachel ore, Iudicha animo.

Vin *Tibi* commonstrem, VIRGO ANTOINETTA vocatur;  
Vifere si volupe est, Guelfica Castra petas.  
Dixerat. Ast SCHIRIVS coepto non pugnat amori;  
Nunc recipit flammam : nuncque videre cupit.  
Vixque videt, visamque cupit, potiturque cupita,  
Et *sibi* felici foedere jungit *eam*.  
Plaudite nunc Musae, Laetum Feliciter omnes  
Acclamate *Viro*, quem sua *Sponsa* beat.  
Necite nunc Dryades vestro pro more corollas,  
Cum modo pandat opes Flora vel ipsa suas.  
Nos TIBI, quos follers communis cura salutis,  
Quosque fides verac jungit amicitiae :  
Nos, NEONYMPHE, TIBI connubia fausta precamur,  
Faustaque non aliter, SPONSA VENVSTA, TIBI.



78 M 428


Sign. (188) fehlt bzw.  
coll. nicht vergeben!



56.

1077

RHD





EPITHALAMIVM

VIRI

NOBILISSIMI ATQVE DOCTISSIMI

DOMINI

ADAMI SCHIERII

WENINGENSES ANNA-SOPHIANEI CONRECTORIS

BENE MERENTIS

LAURENTIANI CONVENTUALIS

VIRGINISQVE

MAE ATQVE ORNATISSIMAE

CHARLOTTAE

BOSSIAE

CONNVBIO

BYTI D. XXIV. MAI. MDCCCLVII.

IN ARCE DVICALI

PICATO OMINE CELEBRATO

SACRVM

TRANSMITTVNT

COLLEGAE ANNA-SOPHIANEI

IAM LAVDATI

HELMSTADII

PIS DRIMBORNIAE

AK

